



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

13. An Generales, & capitulum generale possit limitare, vel omnino tollere
à Fratibus usum privilegiorum Apostolicorum? Et an Capitulum generale
possit statuere aliquid contra ius commune? Et in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Sancti DD. culpam differentiam considerassent, non vique esset inter eos disceptatio, sed satisfuit hoc Superiori remittere arbitrio, quod nos in hoc consilium arbitramur, manifestumque facit Innocentij III. illa constitutio, in d. cap. per tuas in fin. de Simonia. Et ita hanc sententiam præter Rodriguez ubi supra, tenet Joseph Aldrette, de Religiosa disciplina suenda, lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9. Victorinus Mancus de modo procedendi cap. 7. num. 8. Pellizzarius tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 115. & Martinus de San Joseph in ordine iudiciario cap. 14. numer. 1. ubi sic ait, [Se han de publicar no solamente los dichos de los testigos, sino tambien sus nombres, para que les pueda tachar el reo defendiendose. Clarius ubi supra, Rojas sing. 140. Salzedo ad Bernard. Diaz 128. litera C, en las causas de la se manda el decreto no se publiquen los nombres de los testigos, ni acusadores, c. ult. de her. l. 6. el Padre Miranda quest. 23. artic. 1. concl. 2. yguala las causas de la se en esta parte con las de los Religiosos, quando son criminales, porque en ellas es cosa notoria. Se procede extraordinariamente, y de plano: lo mismo siente nuestro hermano Fray Joseph de Santa Maria tract. 4. cap. 19. in fine, y ambos seguiaron por Paz tom. 1. part. 2. temp. 9. numer. 170. Pero, creo yo, no miraron el cap. final. de heret. lo que dispone Bonifacio VIII. en el es, que se callen los nombres de los testigos en causas de heresia, quando amenazare graue peligro à los mismos testigos por la potencia de las personas contra quien se inquiera, pero añade luego. Cesante vero periculo supradicto, accusatorum, & testium nomina, prout in aliis sit indicis publicentur. No hizo el barato el derecho en cosa tan graue que pensaron estos Padres, pues quiere que si se callaren los nombres de los testigos en causas de heresia sea en caso que amenaze graue peligro à los acusadores, y testigos, y que entonces se manifesten los nombres al Obispo Diocesano, y la glosa señalando que peligro ha de ser que llama Bonifacio graue; dize que se ha de temer la muerte, ò truncacion de miembros de los testigos, ò destruccion y asolamiento de sus haciendas, ò cosas semejantes. Veale esta glosa verbo periculum y que no le auiendo, manda el mismo Capitulo se publiquen los nombres de los testigos: y en el §. ceterum y penultimo encarga las conciencias à los inquisidores, que no miraren bien si ay peligro, ò no. Por donde se echara de ver la importancia de la materia presente, pues en las causas de la se procede el Pontifice con tan gran recato, como se ha visto: y assi resoluiendome, me parece que no se puede seguir la opinion de Miranda sino es con tres limitaciones; la primera, que sea en causas ordinarias, como de privacion de officio de Prelado, por mal gouerno, ò otros que no sean infamatorios y graues, porque en tratandose de delictos infamatorios y graues, se ha de hazer publicacion de testigos, y de los nombres si las pidieren los reos. Ita ille; y alias limitaciones videdebis penas ipsum.

3. Verum si in aliquo graui casu Superior putauerit expedire, quod alicuius testis Religiosi nomen suppressatur, quia graue periculum immineret, optime faciet si nomen non publicari præceperit, veluti quia reus, etsi iam in carcere detineretur, eius tamen factio, & partium studium timeri potest, ne per potentiam iniuriam, vel graue damnum inferant testij. Tunc autem Superior ponderet verba Archidiaconi, sicut & Eimericus in directorio expendit; ait enim: Qui quicumque Iudex, in tali causa bene aduertet verba ista, nam non dicit leue periculum, sed dicit

grave, noli igitur reum priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei. Ita in cap. final. de hereticis in 6. direct. 3. part. qu. 76. Itaque tantummodò in graui testium periculo nomina occultet.

4. Deinde ut nullo modo id admitat, ubi accusator, & testis esset externus, ut quia nullum poterit à Religioso timeri periculum; tum etiam quia laici Religiosis oppidò infesti sunt & valde verendum est, ne per iniuriam eos falsis accusationibus, & depositionibus opprimere conentur, cap. laicos, cap. laici 2. quest. 7. cap. de cetero, de testibu.

R E S O L. XIII.

An Generales, & Capitulum generale possint limitare, vel omnino tollere à Fratibus usum privilegiorum Apostolicorum?

Et an Capitulum generale possit statuere aliquid contra ius commune?

Et in exemplum prædictarum difficultatum, adducitur curiosum, & notabile dubium in sexu huius Resolutionis. Et p. 3. tr. 2. Ref. 87.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè cum Tamburino de ^{Sup. hoc ita} ^{Ref. seq.} iure Abba. tom. 1. disp. 16. quest. 9. num. 2. Peitino in prinleg. Minim. tom. 1. constit. 2. l. 11. §. 3. num. 9. Portel. in dubiis Regular. ver. prinl. n. 78. Miranda in manual. Pralat. tom. 2. quest. 43. art. 4. Emanuele Rodriguez in qq. Regul. tom. 1. q. 9. art. 2. & hæc opinio procedit etiam in Religionibus non habentibus specialem auctoritatem Apostolicam ad hoc faciendum, quidquid aliqui contradicant, aduersus quos insurgit Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resolut. 116. num. 26. & alij.

2. Aduertendum est tamen, quòd Capitulum generale non potest statuere aliquid contra ius commune; vnde in gratiam lectorum ponam hic per extensum quoddam consilium à me in casu de quo interrogatus fui, magna diligentia, & studio compositum, & facti species erat ista.

3. Capitulum generale eiuusdam Religionis determinauit quædam immobilia certæ domus alienanda esse tantum à quinque Patribus eligendis per Capitulum dictæ domus, vt postea factum fuit. Queritur, an tale decretum fuerit validum, & an alienatio, si tali modo efficeretur, fuisset inualida?

4. Respondeo supradictum decretum fuisse inualidum, & suppono primò. Capitulum generale cuiuslibet Religionis non posse determinare aliquid contra ius commune, vt patet in cap. quod super his de maior. & obediens. vbi Panormitanus, & alij Canonistæ. Idem etiam docet in terminis Miranda in manuali Pralat. tom. 2. quest. 25. art. 5. Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. quest. 12. num. 6. Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resolut. 116. n. 26. Peitrus in prinl. Minim. tom. 1. constit. Pyrrib. 4. n. 10. Portel. in dub. regul. 2. statum. n. 9. Salas. de leg. di. sp. 8. sect. 1. n. 56. & Natarrus de Regular. l. b. 3. cons. 56. n. 4. qui agit de quodam statuto facto in Capitulo generali Minimorum.

5. Suppono secundò, alienationem bonorum immobilium pertinere de iure communi ad totum Capitulum Monasterij, vt patet ex cap. sine exceptione 12. quest. 2. & ex iuribus quæ afferit Villagut. in 7. de alien. rerum. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 1. num. 1. quibus adde Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 4. dub. 3. conclus. 2. Portel. in dub. Regul. ver. alienatio num.

num. 1. Fillucium tom 3. tract. 44. cap. 5. num. 13. Bonaciam de alien. bon. Eccles. disp. 2. q. 2. punct. 4. n. 4. Riccium in praxi tom. 1. reso. 48. Lancellotum in instr. Cap. lib. 2. tit. 27. & alios penes ipsos. Vnde Urbanus VIII. alienationem bonorum immobilium de qua loquimur, voluit faciendam esse à Patribus, & Præposito dictæ domus, quam quidem Bullam iuxta iuris formam interpretandam esse certum est, per ea, quæ adducit Decius conf. 403. n. 17. Amatus conf. 64. num. 15. & alij.

6. Hoc supposito sic argumentor. De iure communi competit Capitulo dictæ domus alienatio bonorum immobilium, sed Caputulum generale non potest determinare aliquid contra ius commune; ergo invalida fuit determinatio, de qua loquimur, quia est contra ius commune.

7. Sed instabis aduersus supradicta, quod dato dictam determinationem Capituli generalis fuisse invalidam, tamen vnusquisque potest cedere iuri suo, ex l. si index, ff. de minor. cap. iuris, ver. nisi, de testibus, cap. ad Apostolicam, de Regul. cap. ex conscientia, de for. illeg. vt notant Doctores, quos affert Augustinus Barbofa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 20. c. 9. n. 4. & Petrus Barbofa in l. alia §. eleganter, n. 12. cum seq. ff. soluto matrimonio, vnde in cap. quia propter, de elect. habetur quod potestas eligendi residens penes totum Caputulum, potest à Capitulantibus committi aliquibus viris. Sed hoc accidit in casu nostro, quia vocales dictæ domus cesserunt iuri suo, & legerunt illos quinque Patres; ergo valida erit alienatio dictorum bonorum ab illis facta. Nec possunt dicti Patres, qui elegerunt alios quinque, modò aliquid repetere. Nam qui renuntiavit iuri suo, illud repetere non potest, & actiones suas remittentibus, non est dandus ad eas regressus vt patet ex l. quaritur, §. si venditor, de adilit. edit. & ex multis probat Patius de resign. benefic. lib. 1. q. 13. n. 1. & 18. Couar. lib. 1. var. cap. 4. num. 1. Surdus decis. 232. num. 13. Tiraq. de retr. lig. §. 1. glossa 9. num. 119. & Barbofa in c. quam periculosum, q. 1. n. 2. Decius con. 445. n. 56. Beccius conf. 38. n. 4. & alij.

8. Verùm ego his non obstantibus, puto supradictam alienationem factam à dictis solis quinque Patribus esse invalidam. Vnde pro enervanda doctrina adducta, notandum est, quod sacri Canonibus in alienatione bonorum Ecclesiæ requirunt pro forma consensum Capituli, vt notant DD. citati in 2. supposito, quibus addo Tannerum in 2. 2. D. Thom. disp. 4. quest. 7. dub. 7. num. 18. Lessium lib. 2. cap. 24. dub. 11. cum alijs, & hoc pro bono, & vtilitate dictarum Ecclesiarum, quia vt ait Villagut. tractat. de rebus Eccles. malè alien. lib. 1. p. 1. c. 1. n. 1. illud quod commune est, negligi semper solet, & varijs passionibus moti homines, potius querunt quæ sua sunt, quam quæ communia, & Ecclesiarum. Merito igitur visum fuit tot summis Pontificibus, negotium alienationis bonorum Ecclesiasticorum committere pluribus, vt illud accuratius expediat. Ita Villagut, & alij communiter.

9. His suppositis ad argumentum adductum respondendo, posse aliquem cedere iuri, & priuilegio suo, quando illud ius respicit tantum priuatum eius commodum, non autem quando respicit bonum publicum, & aliorum, vt patet ex c. si diligenti, de foro competent. et in l. ius publicum, ff. de pactis, & alijs iuribus adductis per Tambur. de iure Abbat. tom. 1. disp. 16. q. 15. num. 3. Peirinum in Rituali Minim. part. 2. not. 10. Syluest. ver. Privil. 9. 10. Armillam eod. ver. n. 9. Nouarium in qq. forens. part. 1. q. 66. n. 2. Sanchi in summa. tom. 1. lib. 4. c. 39. n. 29. Sigismundum à

Bononia tract. de electione, part. 1. c. 2. dub. 25. n. 7. Inuorium in varijs elucidationibus. tit. 4. c. 14. n. 87. Suarez de legib. 8. c. 6. n. 2. & alios communiter. Sed ius quod habet totum Caputulum Ecclesiæ, seu Monasterij, vt alienatio bonorum efficiatur cum ipsius consensu, respicit bonum commune, & bonum Ecclesiarum, quia plures magis accuratè perpendunt negotia, quam pauciores, vt patet ex iuribus & ratione adducta à Villagut. vbi supra. Ergo non licet Patribus alicuius Capituli cedere iuri suo, & eligere aliquos tantùm, vt possint bona Monasterij alienare, quia hoc vergeret in damnum Ecclesiarum, cum alienatio bonorum à pluribus magis maturè perpendenda, efficeretur à paucioribus contra mentem Canonum, qui in alienatione bonorum Ecclesiarum, ad earum vtilitatem prescribunt talem formam, nempe consensum plurimorum saltem maioris partis Capituli, quæ omnia non accidunt in casu c. quia propter de el. adducto in argumento contrario. Nam, vt optimè aduertit glossa ibi in verbo, viri, & miranda in manual. Præl. tom. 2. q. 2. art. 34. q. 1. Negotium electionis melius potest expediri per pauciores, quam per plures, quod contrarium accidit in alienatione bonorum Ecclesiasticorum. vbi quanto sunt plures, qui in illa interueniunt, tantò melius & accuratius rem pertractant, vt supra ex sacris Canonibus, & rationibus, probatum est. Non est igitur sumendum argumentum de electione ad alienationem, quia in electione electores cedunt iuri suo, non vergerit in damnum Ecclesiarum, imò in vtilitatem: sed in alienatione, vt dictum est, accidit in casu nostro, in quo PP. Capituli si cederent iuri suo, frangerent formam immutabilem prescriptam in fauorem, & vtilitatem Ecclesiarum à sacris Canonibus, & summis Pontificibus, & vique adhuc in Ecclesia Dei semper obseruatam; ergo, &c.

10. Et tandem his omnibus etiam addendum est, quòd licet dicti PP. cesserint iuri suo, & remittentibus suum non detur regressus, hoc tamen intelligitur, nisi ita remittens esset aliquo modo exexcusabilis, vt docet Io. Andr. in c. vt quis duas de elect. in 6. ubi n. 3. ad fin. super ver. tolerabilis, quem nouissime citat, & sequitur Melchior Lotterius de re beneficiaria, l. 1. lib. 2. q. 13. n. 93. Sed hoc accidit in casu de quo loquimur, cum certum sit, vt ex iuramento, & testibus patet, supradictos PP. cesserisse iuri suo ex ignorantia, quia putabant ad hoc tenui vigore, & obligatione decreti facti in Capitulo generali, de cuius nullitate supra iam dictum fuit ergo necessariò dandus est illis regressus ad repetendum ius suum ex errore ex excusabili, vt dictum est, renuntiatum. Adde quòd licet ordinariè non liceat contrauenire facto proprio, & allegare propriam turpitudinem, ex capitur tamen nisi fiat ob eam causam necessariam ad animæ salutem, vel nomine Ecclesiæ, vt notat Paul. Layman in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. rr. 4. c. 50. n. 4. & idè ex Abbate, & Navarro, assertit quòd si rei Ecclesiæ alienatio contra iuris terminos facta sit, non tantùm Caputulum, siue Ecclesia, sed ipsemet Ecclesiæ Prælatus rem à se malè alienatam repetere potest, allegans propriam turpitudinem. Et idè Naldus in sum. ver. alienare, n. 7. sic assertit, alienans rem Ecclesiasticam sine debita solemnitate recipit rem ipsam venditam vnà cum fructibus, in hoc enim casu contra iuris Regulas auertitur allegans turpitudinem suam. Ita ille, qui citat Rotam Romanam part. 1. decis. 24. sed hoc accidit in casu nostro; ergo, &c.

11. Vnde ex supradictis laicus emptor dictorum bonorum Ecclesiasticorum, non vult illa emere à solis illis quinque Patribus, sed à toto capitulo illius domus, vt postea factum fuit, nemine discrepante.